

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 130r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 48 [Gn. 46]

[48] De dono uxoris.

Si<sup>a</sup> vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si decedit ab hac luce sine prole, et si heres suus<sup>b</sup> super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestari poterit, quod ei datum fuit. Si autem apparatus et edificia viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, in iudicio bannito, coram iudice et scabinis, si suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bona sunt. Si vir mercimonia aut bona mobilia habuerit, que cum bonis emerit eisdem successoriis paterna successione, hoc sue uxori dare non poterit, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus ac prospera fortuna accreverint cum sua uxore, potest dare in valitudine vite sue cuicunque placet, sine cuiuslibet contradiccione.

<sup>a</sup> ozdobny inicjał S wysokości dwóch wersów; <sup>b</sup> w rkp. suos

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]